Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36624
Copyright: Linz, Oberösterreichische Landes-Kultur GmbH (früher: Oberösterreichisches Landesmuseum)


C 28
Os iustorum
meditabitur sapientiam
et lingua eius loquetur iudicium
quia lex dei ipsius in corde ipsius
et non supplantabuntur gressus eius
Qui habitat in adiutorio altissimi
in protectione dei cæli commorabitur
Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum
Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex sion
dominabere in medio inimicorum tuorum
Tecum principium in die virtutis tuæ
in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te
Iuravit dominus et non penitebit eum
tu es sacerdos in æternum secundum ordinem melchisedech
Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suæ reges
iudicabit in nationibus implebit ruinas
conquassabit capita in terra multorum
De torrente in via bibet propterea exaltabit caput
Gloria patri et filio et spiritui sancto
sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculorum amen
Alleluia
Confitebor domino in toto corde meo
in consilio iustorum et congregatione
Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius
Confessio et magnificentia opus eius
et iustitia eius manet in sæculum sæculi
Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus
escam dedit timentibus se memor erit in sæculum testamenti sui
Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo
ut det illis hereditatem gentium
Opera manuum eius veritas et iudicium
fidelia omnia mandata eius
Confirmata in sæculum sæculi
Redemptionem misit populo suo
mandavit in æternum sanctum nomen suum
Timor domini principium sapientiae
intellectus bonus omnibus facientibus eum
laudatio eius manet in sæculum sæculi
Beatus vir qui timet dominum
in mandatis eius cupit nimis
Potens in terra erit generatio rectorum
benedicetur
Divitiae et substantia in domo eius
et iustitia eius manet in sæculum sæculi
Exortum est in tenebris lumen rectis
misericors et miserator et iustus
Iucundus homo qui miseretur et commodat
disponet sermones suos in iudicio
Quia in sæculum non commovebitur
in memoria æterna erit iustus
Ab auditu malo non timebit
paratum cor eius sperare in domino
Confirmatum cor eius non commovebitur
donec despiciat inimicos suos
Dispersit dedit pauperibus
iustitia eius manet in sæculum sæculi
cornu eius exaltabitur in gloria
Peccator videbit et irascetur
dentibus suis fremet et tabescet
desiderium peccatorum peribit
Gloria patri et filio et spiritui sancto
sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculorum amen
Alleluia
Laudate dominum omnes gentes
laudate eum omnes populi
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius
et veritas domini manet in æternum
Gloria patri et filio et spiritui sancto
sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculorum amen
Alleluia
Beatus vir qui timet dominum
in mandatis eius cupit nimis
Potens in terra erit generatio rectorum
benedicetur
Divitiae et substantia in domo eius
et iustitia eius manet in sæculum sæculi
Exortum est in tenebris lumen rectis
misericors et miserator et iustus
Iucundus homo qui miseretur et commodat
disponet sermones suos in iudicio
Quia in sæculum non commovebitur
in memoria æterna erit iustus
Ab auditu malo non timebit
paratum cor eius sperare in domino
Confirmatum cor eius non commovebitur
donec despiciat inimicos suos
Dispersit dedit pauperibus
iustitia eius manet in sæculum sæculi
cornu eius exaltabitur in gloria
Peccator videbit et irascetur
dentibus suis fremet et tabescet
desiderium peccatorum peribit
Gloria patri et filio et spiritui sancto
sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculorum amen
Alleluia
Laudate dominum omnes gentes
laudate eum omnes populi
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius
et veritas domini manet in æternum
Gloria patri et filio et spiritui sancto
sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculorum amen
Alleluia
Confitebor domino in toto corde meo
in consilio iustorum et congregatione
Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius
Confessio et magnificentia opus eius
et iustitia eius manet in sæculum sæculi
Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus
escam dedit timentibus se memor erit in sæculum testamenti sui
Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo
ut det illis hereditatem gentium
Opera manuum eius veritas et iudicium
fidelia omnia mandata eius
Confirmata in sæculum sæculi
Redemptionem misit populo suo
mandavit in æternum sanctum nomen suum
Timor domini principium sapientiae
intellectus bonus omnibus facientibus eum
laudatio eius manet in sæculum sæculi